

f. 22^r

839. Ludowicus imperator moritur, cui filius eius Lotharius successit.
 841. Æthelred filius Eanredi regnavit annis IX.
 846. Eanbert episcopus Lindisfarnensis VIII annis.
 850. Osbreht regnavit XIII annis.
 852. Wlfhere archiepiscopus ordinatur. Northmanni Britannicum mare circumeunt.
 854. Ardolf v).
 855. Lothario imperatori mortuo filius eius Ludowicus successit annis XV w). Paganorum exercitus, scilicet Dani et Frisones, ducibus Halfdene, Ubba et Inguar applicant in insula Scepeige.
 862. Swithunus x) episcopus Wintoniensis obiit.
 863. Ælla x) regnavit annis IIII.
 868. Praedictus y) exercitus Kalendis Novembris irrupta Eboraco omnia ferro et igne vastarunt. Reges autem Northanhymbrorum Osbert et Ælla obsessam civitatem irrumpentes expulerunt inde Danos. Set non multo post dominica Palmarum ab Ubba duce Fresonum populus pene totus z) Nordanhymbrorum occisus est cum suis regibus. His vero qui remanserant praepositus est rex Ecgbertus y). Ecgbert regnavit annis V.
 869. Ludowicus imperator obiit. Ludowicus filius eius imperavit annis IIII.
 870. Eadmundus a) rex Orientalium Anglorum a Danis occubuit interfectus.
 871. Aelfredus regnare incipit.
 873. Ricsi regnavit annis II. Eardulf promovetur in episcopatum Lindisfarnensem.
 874. Ludowicus b) imperator ungitur.

v) Ardolf um 1200 mit blasser Tinte zugefügt.

w) añ XV. am Zeilenende über eius Ludo| nachgetragen.

x) die Annalen 862, 863 und 870 sind von anderer, aber gleichzeitiger Hand geschrieben.

y) Praedictus . . . Ecgbertus am unteren Rand.

z) nach totus drei Buchstaben radiert.

a) siehe Anm. x. Die Schrift dieses Eintrages ist etwas größer.

b) der Eintrag zu 874 am rechten Rand.